



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 1. De numero ventorum secundūm antiquos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

*latet. Quæ omnia accuratiū demonstrantur in Sphæricis Thco. sij lib. 2. propos. 19.*

§. 5. *Ratio inueniendorum Climatum post circulos polares.*

Vt lucis incrementum post circulos polares deprehendatur, attendendum ad signa in quibus Sol commoratur dum percurrit Ecclipticam. At certum est dies parum crescere, & imminui, dum Sol commoratur in signis Tropico vicinioribus, ad sensum augeri aut deficere, cùm in remotioribus versatur. Vnde fit vt Climata hæc angustiora sint, quò magis accedunt ad Tropicos, latiora quò magis ad polos vergunt. Hoc autem augmentum in proposita figura sic agnosces.

Ex termino Tropici seu litera D. perpendicularē demitte in Äquatorem, & exinde duos circuli quadrantes ducito, quorum hæc perpendicularis erit diameter. Eos quadrantes in sex partes diuide, quo: sunt Climata impropriè dicta. Lineæ ex diuisionibus quadrantum in perpendicularē ductæ, dabunt tibi horum Climatum interualla.

CAPUT VLTIMVM.

*De Ventis.*

§. 1. *De numero ventorum secundum veteres.*

PHILOSOPHI QVIDAM APVD ARISTOTELEM vnicum ventum duntaxat admittebant: quoniam (inquietabant) ventus est tantum aër motus. De his i. Meter. cap. 13. Philosophus.

THERIALCES APVD STRABONEM duos tantum recipiebat sibi ab utroque polo oppositos, dicebanturque

BOREAS NOTVS.

POETÆ GRÆCI ET LATINI quatuor appellant, quos sibi inuicem ita opponunt.

Auster Notos

Aquilo Boreas

Eurus Eurus

Fauonus Zephyrus.

Zephyri autem loco in tempestate solent Africum substituere.

ANDRO-

ANDRONICVS CYRRHESTES apud Strabonem in turri octagonâ Athenis octo disposuerat, quos Triton mobilis virgâ indicabat.

AQVILo NOTVS.

APELIOTES ZEPHYRVS.

CÆCIAS AFRICVS.

ARGESTES EVRVS.

PLINIVS, SENECA, ARISTOTELES duodecim recipiunt, quos Seneca ex punctis Tropicorum, Circulorum Polarium, & Meridiani predictos circulos secantis, colligit.

Subsolanus Απελιώτης. Fauonius Ζέφυρος.

Boreas Απαρχήτης. Auster Νότος.

Aquilo Μέσης. Albionotus Λευκόνοτος.

Cæcias Κακίας. Africus Λίψ.

Corus Αργέτης. Vulturinus Εὖρος.

Thrascias Θρασκίας. Euronotus Φοίνικας.

VITRVVIVS LIB. I<sup>o</sup>. CAP. VI<sup>o</sup>. VIGINTI QVATIVOR.

SEPTENTRIO AVSTER.

Thrascias Euronotus.

Corus Vulturinus.

Caurus Euris.

Circius Cæcias.

Etesiaz Ornithia.

FAVONIVS SOLANVS.

Argestes Carbas.

Subuersperus Boreas.

Africus Aquilo.

Libonotus Supernas.

Altanus Gallicus.

### §. 2. Ventorum Antiquorum Syllabus.

AFRICVS Græcis Λίψ ab Africâ dictus (quæ Græcis Libya est) nomen accepit, procellosus imprimis; quo tamen flante minum est (Plinio teste) Alcyonum proli sterni mare. Aristoteles ait eum vix obducere cælum nubibus, quoniam illas rapiditate suâ dissipat.

ALTANVS à Vitruvio iuxta Austrum collocatur, & sic dici-

E